

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Dominica exaudi

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

DOMINICA EXAUDI.

Evangelium Joh. 15. v. 26. & 16. v. 4.

EXORDIUM.

CUm Israëlita tribus diebus ambulassent per solitudinem, nec invenirent aquam: tandem venerunt in Marâ, nec poterant bibere aquas de Marâ, eò quod essent amaræ. Tum clamavit Moses ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt, Exod. 15. v. 22. seqq.

Hic exemplum nobis ostenditur, quid in angustiis & calamitatibus constitutis agendum sit. Nos equidem in eremo hujus mundi peregrinamur, cum Paulo lamentantes: Usque in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus, 1. Cor. 4. v. 11. Sed Christus lignum vitæ est, qui cruce suâ nostram crucem aded edulcavit, ut jam Deum diligentibus omnia in bonum cooperentur, Rom. 8. v. 28. Sed & ided invocari vult, sicut & Israëlita ad Dominum clamaverunt, cum aquas amaras in Marâ bibere nequiverunt. Propè enim est Dominus invocantibus eum, Psalm. 145. vers. 18. 19.

Hujus rei commonet nos hodiernæ Dominicæ appellatio Exaudi, sicut antiquitus appellata est, quia in Ecclesiâ Latinâ in Introitu cantarunt: Exaudi Domine vocem meam, quâ clamo ad te, miserere mei, & exaudi me, ex Psal. 27. v. 7.

Quo ipso in memoriam nobis revocatur, divina Majestas & gloria: quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo, Joh. 3. v. 27.

Admonemur de divinâ virtute & omnipotentia, juxta quam unicuique dare potest petitiones cordis sui, Psal. 37. v. 4. præ multitudine fortitudinis, & roboris & virtutis neque unum deficit, Esa. 40. v. 26.

Nec minus commonesimus de veritate ejusdem, ipse siquidem dixit: Invoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me, Psal. 50. v. 15.

Sicut igitur ante octiduum ad Rogate invitati sumus per Christum, quando dixit: Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit perfectum. Ita hodiè Exaudi sequitur, ubi Christus iterum de Spiritu sancto à Patre nobis mittendo, certiores nos reddit, quod sit Consolator in adversitate, Doctor in ruditate, & Ductor in veritate.

Nos pro instituti ratione videbimus,

- I. Triplicem Querelam.
- II. Triplicem Medelam.
- III. Triplicem Cautelam.

J. J.

Exegetis.

VEra Ecclesiâ Christi in his terris non immeritò vocatur lilium inter spinas, Cant.

Cant. 2. v. 2. sicut enim lilium inter spinas quidem pulchrum est, & jucundum odorem spirat, nihilominus tamen ab illis læditur & compungitur: ita Ecclesia est ejus Hef-ziba sive Adamata, Esa. 62. v. 4. & odor vestimentorum ejus, sicut odor thuris, Cant. 4. v. 11. interea tamen inter spinas versatur, hoc est, impios, qui spinis conferruntur, Ezech. 2. v. 6. à quibus multis injuriis afficitur, ut Christus ipse in prælectâ Pericope indicat. Quemadmodum enim Oceanus semper salus & amarus manet, licet omnes aquæ dulces influant, & Deus ipse pluvias suas in illum mitat: Ita impius Mundus naturam non mutat, quò minus persequatur pios, ubi interea benigna Evangelii pluvia, & aliæ benedictiones, quas Deus super impios quoque effundit, percutit, sermo enim, quem audiunt & non faciunt, judicabit eos, in novissimo die, Joh. 12. v. 48.

Querela respicit

I. Multiplicem piorum calamitatem, quam Christus indicat his verbis: Absque synagogis facient vos. Sed veniet hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur cultum se præstare Deo.

Gemina persecutio in his verbis exprimitur: prima juxta Christum fiet

1. Per viam excommunicationis. Hujus hæc ratio erat: Si quis contra legem Moïsi doceret & viveret, Pontifices, Seniores & Scribæ, verbis amicis eum commonebant. Nisi locum relinqueret admonitioni, flagellabatur: si tùm quoque perverabat, excommunicabatur, & à synagoga excludabatur, ut nemo cum ipso familiariter conversaretur, ederet & biberet, quin velut Ethnicus & publicanus habebatur, Matth. 18. v. 17. Fuitque hæc pœna

& ignominia inter Judæos maxima, quam & Principe pertinuerunt, ex quibus multi in Christum crediderunt: sed propter Phariseos non confitebantur, ut è synagoga non ejicerentur, Joh. 12. v. 42.

2. Per viam trucidationis. Judæi non amplius libera Resp. sed Romano Dominio subjecti erant, propterea non licebat ipsis occidere quenquam, ut ipsi coram Pilato confitentur, Joh. 18. v. 32. Verùm zelus, iracundia, & vindictæ cupiditas quandoque prævaluerunt, ut manus non continerint, ut Stephani exemplum testatur, Act. 7. v. 57. confer Act. 23. v. 14.

Potissimum verò Servator his verbis respicit gentilium persecutiones, ubi tanta Christianorum strages edita, ut vix à Judæis tor agni Paschales mactati, quot Christiani in N. Test. igne, gladio, bestiis, aliisque modis nefandis trucidati sunt. Hic Christus in genere tantum occisionis mentionem facit. Quando enim hostes & persecutores Evangelicæ veritatis corpus occiderunt, tum ultra nihil quicquam efficere possunt, Matth. 12. v. 4.

Hæc verò trucidatio variis modis in membra Christi exercita est. Petrus & Andreas crucifixi, Jacobus & Paulus capite truncati sunt, Johannes in oleo fervido lixatus, Bartholomæus vivus excoriatus, Stephanus lapidatus, alii alio modo interfecti sunt, & ut breviter complectar, sanguis Christianorum tanquam aqua effusus est, Psal. 79. v. 3.

Adhuc hodiè à Pontifice Romano ut hæretici excommunicamur, variisq; modis affigimur, quod tamen non ad eò insolens videatur nobis, quia eadem fors Prophetarum, Apostolorum, quinimò ipsius capitis Christi fuit, Si de mundo fuissetis, mundus

quod

quod suum erat, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, inquit Servator, Joh. 15, 19. Ecclesia Cainica semper est sanguinaria, vera autem Ecclesia non fit sanguine, quia sponsus ejus agnus est, inquit vetus ille Ecclesie Doctor. Luporum natura non aliter fert, quam ut ovibus infidentur, nec gregi parcant, Actor. 20. v. 29. ideoque & partem habent, non in ovili Christi, sed in stagno, ardente sulphure & igne, quo omnes execrati & homicidæ pertinent, Apoc. 21. v. 8.

II. *Cultus imaginativi vanitatem.* Arbitrantur enim se per excommunicationem & interfectionem illam, cultum præstituros Deo. Id vero à Diabolo didicerunt, qui mendax & homicida ab initio est, Joh. 8. v. 44. & quia ab eo se regi & seduci sinunt, æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam, Rom. 8. v. 2. ut interficiant animas, quæ non moriuntur, & vivificent animas, quæ non vivunt, Ezech. 13. v. 19.

Jesabel occisura probum Naboth, prædicabat jejunium quasi opus Deo gratum machinaretur, 1. Reg. 21. v. 9.

Quantam tragædiam Carolus IX. Gallie Rex in nuptiis suis cū Evangelicis egerit, siæ horrore vix memorari potest, nihilominus, postquam multa millia trucidaverat, quasi re bene gesta, argenteos & aureos nummos, cum gloriosis talibus inscriptionibus: Virtus in Rebelles: Pietas excitavit justitiam, Carolus IX. rebellium domitor, flavit. Pontifex quoque Romanus Cardinali Lotharingio tam opratum afferenti Evangelium, mille aureorum Evangelia numeravit, D. O. M. in Marci templo gratias solenni ritu egit, & in Hadriani mole

publicæ lætitiæ signum, facta tormentorum dispoſitione dedit.

Hæc ita tyrannorum & hæreticorum summa animi voluptas est, si Ecclesiam Christi astu vel violentia infestent: Congregantur, & speculantur, plantas meas observant, ut expectent animam meam, ait David Psal. 56. v. 7. 8.

Veri Christiani minus hoc ipso offendantur, & fiduciam suam in Deo ponant, qui non dormit, neque dormitat, Ps. 121, 4. sed inspectatio in electis ejus, quoniam gratia & misericordia in Sanctis ejus, Sap. 3, 9. quod si aliquando concedat, ut hostes in caput fiant, Thren. 1, 5, multas injurias inferentes, & sæpe corpus ipsum occidentes: attamen sciunt, quod animam occidere non possint, Matt. 10, 28. Die novissimo justum erit apud Deum, reddere iis, qui affligunt nos, afflictionem, 2. Thess. 1. v. 6. ubi quilibet videbit, quod sit inter justum & impium, Mal. 3, v. ult.

Interea quilibet, non quod sibi rectum videtur, faciat, Deut. 12, 8. sed ductum verbi sequatur. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, Mich. 6. v. 8.

Quodcumque igitur cum hac regula non concordat, *ὀνειδος* est, Col. 2. v. ult. nec Deo placet, licet homo se cultum ei præstiturum arbitretur. Ad legem namque & testimonium, Esa. 8. v. 19, 20.

III. *Hostium veritatis cæcitatem*, de qua Servator: Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

Hic hostes veritatis nobis describuntur

1. *Tanquam fratres ignorantia.* Deum ejusque verbum nescientes, ideo cæco zelo perciti, orthodoxos condemnant, antequam, quæ confessio eorum sit, exploraverint. Sicut & Tertullianus de gentiliis per-

persecutionibus scribit: *Solum tantummodo nomen in Christianis damnabatur.* Idem adhuc hodiè Lutheranis accidit, ab hostibus veritatis, Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, à quo denominati sumus? Jac. 2. v. 7. Verùm quid mirum? sunt cæci & cæcorum Duces, Mate. 15. v. 14.

2. *Tanquam homines supina inconsiderantia,* qui inconsideratè, quasi frivola res sit, Christianorum sanguinem effundunt, non considerantes, quod Deus aliquando illorum sanguinem judicaturus, & vindicaturus sit, Apoc. 6. v. 10. hoc inde est, quia verà Dei cognitione destituuntur, & Scripturam aspernantur, hinc omnis, qui non cum ipsis facit, gravis etiam illis est ad videndum, Sap. 2. v. 14.

Perpendamus modò, quanto Pontificiù rapiantur zelo, ratione Missæ, invocationis Sanctorum, Processionis, prohibitionis carnis, & similibus hominum traditionum, omni Scripturæ fundamèto destitutorum. Contrà nos tanquam hæreticos excommunicant, & damnant, propter veram Religionem ex omni parte cum Scripturâ consentientem. Nonne verò absurdissimi, qui pretiosum à vili, lucem à tenebris, separare nequeunt, semper errantes corde, Psal. 95. v. 10. & tenebras magis diligentes, quàm lucem, Joh. 3. v. 19. & ut, quod res est, dicamus: qui claudunt Regnum cælorum ante homines: ipsi non intrant, nec introeuntes intrare sinunt, Matth. 23. v. 13.

De Secundo.

Sequitur *Medela,* quæ fluit
1. *Ex Christi curâ.* Ad Patrem enim abiturus, & visibilem præsentiam suam Apostolis suis subtracturus, alium ipsis Para-

cletum promittit, à Patre mittendum. Hoc maximopere indigebant Apostoli, quibus enim odio infensissimo eos prosequebatur, ut quasi cum scorpionibus habitarent, Ezech. 2. v. 6. tanquam purgamenta mundi, omnium peripsema; 1. Cor. 4. v. 13. & nisi hunc Paraclerum habuissent, mirum non fuisset, si petuissent in afflictione suâ, Psal. 119. v. 92. Propterea optimè Christus illis consuluit, quando Spiritum sanctum illis misit à Patre suo, quo adversus Spiritum mæroris & homicidii confirmati sunt, ut cum Paulo dicere potuerint: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, 2. Cor. 4. v. 8.

Cum Præpositus pincernarum Pharaonis in locum suum restitutus esset, succedentibus prosperis, oblitus est Interpretis sui Josephi, Gen. 40. v. ult.

Hoc verò Servator minimè fecit: sed ad dexteram Dei Patris exaltatus, Apostolorum memor, Spiritum sanctum visibiliter super eos effudit, ut quasi renovati, omnibus linguis magnalia Dei locuti fuerint, Act. 2. v. 11.

Adhuc hodiè non orphanos relinquet fideles suos, Joh. 14. v. 18. sed Spiritum gratiæ, Hebr. 10. v. 30. Spiritum precum, Zach. 12. v. 10. Spiritum sapientiæ, Esa 11 v. 2. Spiritum potentiæ, 2. Tim. 1. v. 8. Spiritum adoptionis, Rom. 8. v. 15. cordibus nostris immittet, ne in ullis anxietatibus desperemus: sed Spiritu ferventes, spe gaudentes, in tribulatione patientes semper inveniamur, Rom. 12. v. 12. Dominus enim memor est nostri, & benedicit nobis. Benedicit domui Israel, benedicit domui Aaron, benedicit omnibus, qui timent Dominum pusillis cum majoribus, Psal. 115. v. 12.

II. *Ex Spiritus sancti natura.* Describitur enim

I. *Tanquam Consolator.* Hoc encomion ei *καὶ ἕξουσιον* competit, quia est summus Consolator in omnibus adversitatibus, & plus solatii afferre potest, quam mundus afflictionis inferre. Est enim verus Deus cū Patre & Filio, nec loquitur nuda verba, sed opera, quæ loquitur facit. Ezech. 17. v. ult.

Cum Demetrius Phalaræus à Magistratus officio deponeretur, & in exilium ageretur, confirmabat eum Crates, dicens: Quid mæstus es? Nihil mali accidit tibi, hoc enim modo gravi onere levatus es, quod Imperium post se trahit. Hoc solatiū quidem non plane aspernandum erat. Sed Spiritus tamē efficacius consolatur, quando exules Christi ita erigit: In domo Patris mei mansiones multæ sunt, Joh. 14. v. 2.

Simile solatium suppeditat Spiritus S. in omnibus ærumnis, ideò confidamus in omnibus afflictionibus, & in morte quoq, speremus, quia ejusmodi Paracletum habemus, qui certos nos reddit, quod momentanea levitas tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operetur in nobis, 2. Cor. 4. v. 17. ad quam passiones hujus temporis non condignæ sunt, Rom. 8. v. 18.

II. *Tanquam Testificator,* cui omnes credere, ejusque testimonio nos subicere debeamus. Testimonium enim ille perhibebit de me ait Servator. Hoc factum per prædicationem Evangelii, adeò enim cordatos Apostolos reddidit, ut virtute magna testimonium reddiderint resurrectionis Jesu Christi, Act. 4. v. 33. ubi in Gr. est vox *ἀνεδίδον*, quæ innuitur, quod hanc *παρρησία* non à seipsis habuerint, sed à Sp̄i-

ritu sancto acceperint, & sic de thesauro ejus aliquid depromentes reddiderint, hinc Servator: Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis, Matth. 10. v. 20.

Sed & idem adhuc hodie fit per internam certitudinem, quam Christus in cordibus fidelium operatur. Non enim Spiritum servitutis accepistis in timore, Rom. 8. v. 15. In hoc certò confidere possumus: Si enim testimoniū hominum accipimus, testimoniū Dei majus est, 1. Joh. 5. v. 9.

III. *Ex Crucis usura.* Eò collineat Christus, quando dicit, se hæc locutum esse discipulis, ut si crux ingruat, nō offendatur, sed remiscantur, quod idem dixerit illis.

Hinc elucescit, quod quemadmodum Deus in initio Creationis omnia ordinavit, in numero, pondere & mensura, Sap. 11. v. 21. ita etiam cūjuslibet crucem libaverit, quam magna; trutinaverit, quam gravis; & dinumeraverit, quam longa futura sit: plus minus neque Dæmon neque mundus nocere valet: Capilli capitis etiam numerati sunt, Matth. 10. v. 30.

Cum Hispani novum orbem sibi subjecissent, magnam sævitiam in incolas exercabant, quibus, quod apud nos asini, equi, boves, ferunt, trahunt vehunt, ferendum, trahendum, vehendum imponebāt. Quinimò durius adhuc tractabant illos, dum singuli sæpè centum & octoginta librarum onera, per iter centum & ducentarum leucarum transportare cogebantur, ut multi myriades hoc ipso occubuerint. Ita Deus noster in nos non affectus est: sed licet suis quandoque onus imponat, tamen & eorum salus est, Psal. 68. v. 20. nec patitur quæquam venturam, supra d, quod potest, 1. Cor.

1. Cor. 10. v. 13. iccirco non modo de cruce prædicavit in verbo suo, sed & liberatio semper adjuncta est: Multæ tribulationes justorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus, Psal. 34. v. 20. Quando proinde concionem ejus de cruce impleri videmus, non dubitemus, quin & promissio futuræ liberationis implenda sit: neque enim in æternum dabit afflictionem justo, Psal. 55. v. 23. sed liberabit nos ab omni opere malo, & salvum faciet, in Regnum suum cæleste, 2. Tim. 4. v. 18.

De Tertio.

Restat *Cautela*, quæ tribus absolvitur Regulis, quarum

I. *De Christo testare.* Id Christus ab Apostolis requirit, propterea ait: Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. In Græco est vox *μαρτυρεῖται*, quæ & imperativæ & indicativæ exponi potest. Primo ita, ut sit, testimonium perhibetote, ut Cyrillus & alii veterum Doctorum exposuerunt. Deinde testimonium perhibetis & perhibere potestis, intellige, in præsentia, quando id requiritur, quod innocens sum, & hostibus meis anam persecutionis minime præbuerim, sed potius salutem eorum pro vitili procuraverim. Lutherus in futuro expressit, testificabimini, *ih̄r werdet zeugen* ex indole Hebraicæ linguæ, vi cuius sæpe præsens ponitur, & futurum intelligitur. Quicquid hujus sit, quomodo cunque capiatur, parum refert: hoc tamen firmum manet, quod Apostoli Christi testes esse debeant, idque propterea quia ab initio cum Christo fuerint, ejusque miracula non

modo viderint: sed & conciones ejusdem audierint, Luc. 1. v. 2. Act. 10. v. 41. 2. Joh. 1. v. 18.

Cætero qui, Christum variis testibus usum, quibus mundo se revelarit, novimus: Testimonium de eo perhibuerunt omnes Prophetæ, Act. 10. v. 43. sancti Angeli, qui Pastoribus Bethlehemiticis natiuitatem ejus annunciarunt, Luc. 2. v. 10. Pastores ipsi glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, Luc. 2. v. 20. Magi ex Oriente, qui venerant adorare eum, Matth. 2. v. 2. Simeon & Hanna Luc. 2. v. 30. 38. Johannes Baptista, qui venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, Joh. 1. v. 7. Quin & Deus Pater ipse, inquit, Hic est Filius meus dilectus, hunc audite, Matth. 3. v. 17. c. 17. vers. 5. hinc nubem nos testium circumpositam habere dicimus, si adspiciamus in Ducem fidei & consummatorem Jesum, Hebr. 12. v. 1. 2.

Hodie testimonium hoc omnibus fidelibus verbi ministris demandatum est, ut Ministerium Spiritus obeant in his terris, 2. Cor. 3. v. 6. iccirco Spiritum sanctum bifariam habent: Semel pro seipsis, ut alii Christiani, super quos in lavacro regenerationis Spiritus sanctus effunditur, Tit. 3. v. 5. Deinde ratione officii, sunt enim organa Spiritus sancti, & quicquid faciunt, non ipsi faciunt sed Spiritus sanctus, qui per ipsos efficaciter operatur, 1. Thess. 4. v. 8.

Sicut igitur hîc Spiritus sanctus, Spiritus veritatis dicitur: ita etiam illos, qui minus ejus obeunt, in omnem veritatem ducturus est, Joh. 16. v. 13. ut minus dubitemus, quicquid inspiratione Spiritus sancti

loquuntur, illud veritati consentaneum, & infallibile fundamentum esse, in quo fidem nostram fundare possimus. Habemus enim firmiorem sermonem Propheticum, &c. 2. Petr. 1. v. 19.

Testes sint

1. *Veraces.* Verbi itaque Præcones Scholam Christi frequentent, & quid testificari de eo debeant, discant oportet. Sint Scribe docti ad Regnum cælorum, Matt. 13. v. 32. discant à puero sacras literas, exemplo Timothei, 2. Tim. 3. v. 15.

2. *Unanimes.* Ecclesiæ enim consensus, Satanæ interitus, & ubi fratres in unum habitant, illic mandavit Dominus benedictionem & vitam, usque in seculum, Ps. 133. ult.

3. *Inculpabiles.* Videant igitur verbi Præcones, ut id quod alios docent, & ipsi vita pia demonstrent, & opere expleant: Nisi enim hoc fecerint, idem illis eveniet, quod Scribis Hierosolymitanis, qui Magis ex Oriente indicabant, Christum in Bethlehem natum ibi, ibique ab ipsis inventum: cum tamen ipsi domi remanerent, eundemque negligerent, Matth. 2. v. 5.

His proprietatibus si Ecclesiæ Doctores instructi sunt, testes officio Spiritus sancti idonei esse possunt: sed non nisi vocati, ut alias testes à Magistratu rite vocatos esse convenit. Quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Rom. 10. v. 15.

Quod vero hic *κατ' ἐξουσίαν* Verbi Præconibus attribuitur: id certo modo de omnibus Christianis dici potest. Quando enim verbum Christi observant, & pro virili vitam ad illud componunt, testimonium perhibent de Christo, quod sit Domi-

minus & Magister suus, cui in baptismo servire in sanctitate & iustitia coram ipso se devoverunt, Luc. 1. v. 75. Sicut igitur alias dicitur: Credidi, propter quod locutus sum, Ps. 116. v. 10. ita & verus Christianus veritatem defendat usque ad mortem, si coronam vitæ reportare velit, Apoc. 2. v. 11. Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, Matt. 10. v. 21.

II. *Ne scandalizare.* Propterea enim Christus discipulis suis hanc concionem de cruce habuisse testatur, ut ne scandalizarentur, sed meminerint potius, ubi multum crucis, ibi multum lucis & consolationis esse. Et sicut abundant Passiones Christi in nobis; ita & abundet consolatio nostra, 2. Cor. 1. v. 5.

Apostoli hæcenus aureos montes sibi polliciti erant, de terrena felicitate, qua in Regno Christi frui vellent. Id non latebat Christum: ideo ipsis hæc de excommunicatione & interfectione prædicat, & addit: se ideo ipsis id locutum, ne scandalizarentur.

Si Grammaticis credimus, scandalum lingula est, qua decipula tenditur, & adornatur. Simulacigitur, mus, mustela, vel aliud animalculum se insinuat, & lingulam tangit, decipula clauditur, & mus capitur.

Sic Diabolus diversas decipulas nobis tendit. Semel in prosperis, ut in illis efferramur & cum impio mundo in latam viam, ad damnationem ducentem, aberremus, Matth. 7. v. 13 deinde in adversis, ut fiduciam nostram abjiciamus, ut Saul Pythonis fam consulens, cum Deus ei non responderet, 1. Sam. 28. v. 6. seqq.

Utrumque vitemus oportet. Ne dicas, suffi-

sufficiens mihi sum, Sir. 11. v. 26. Imprimis vero crucem ne aversemur, non enim ex intentione mala nobis immittitur, sed quos diligit Dominus, castigat, Hebr. 12. vers. 6.

Hortulanus, si arborem frugiferam habeat, sæpe eandem visitat, putat & mundat à luxuriantibus & retorridis ramis: arbores vero sylvestres luxuriari finit dum detruncet eas, & igni mancipet: Eodem modo Deus cum nobis agit. Impios, tanquam arbores infrugiferas, non dignos æstimat, quos falce crucis putet: veras vero Christianos falce crucis continue mundat, & amputat, quo sinceri & sine incommodo in diem Christi sint, Phil. 1. v. 10.

Quando igitur cœlestis Pater castigat te, inde colligere potes, quod non spurius, sed Filius ejus sis, Hebr. 12. v. 8.

Quando tibi ut Dux gloriæ calicem crucis propinat, inde intelligis, quod te sanare & salvare velit. Omnis enim disciplina in præsentia quidem non videtur esse gaudii, sed mœroris, postea autem fructum tranquillum, exercitatis per eam, reddet justitiæ, Hebr. 12. v. 11.

Quando ille, ut cœlestis hortulanus falce crucis resecat, quæ impedimentum salutis tuæ allatura sunt, ex eo perspicias, quod fecundam arborem reputet te, quam tandem ex mundo hoc in cœlestem Paradisum translaturus est, ubi justii, ut palma virebunt, & sicut cedri Libani crescent, Psal. 92. v. 13. 14.

III. *Verborum Christi recordare.* Hic Christum ad discipulos dicere audimus: Hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis,

Ante præmonuerat eos ratione scandalii. Jam in fide eosdem confirmaturus est, quando ipsis reminiscantiam verborum suorum tempore crucis injungit. Illud finis remotivus est, quo scandalum ab illis remotum it; hic finis consecutivus, quo illos in bono, & maxime in fide confirmare vult, ut nulli ambigant, quin Christus verus promissus mundi Messias sit, quia omnia ipsis obventura dudum ante præciverit. Hanc Cyrillus indigitat, quando ait, ideo factum: ut in ipso persecutionis tempore illorum certior ab eventu rerum, stabiliorque fides efficeretur: quomodo enim natura Deus non est, qui futura ut præsentia novit?

Nos sermonem Christi hodie tenus adhuc habemus in Scripturis, illæ enim sunt quæ testificantur de ipso, Joh. 5. v. 39. ideoque illas in memoriam revocemus nobis tempore tentationis, juxta illud: Psal. 119. v. 93. v. 50.

Recordemur ejusdem

1. *Tempore externa tribulationis.* Crucis exercitus sæpe militant adversus nos, Job. 10. v. 17. ut nesciamus, quid agere debeamus, 2. Chron. 20. v. 13. Verbum enim Christi immotum perstat: Non relinquam vos orphanos, Joh. 14. v. 18. in hoc tutò confidamus, quoniam postremum justo pax, Ps. 37. v. 37. Tob. 3. v. 21.

2. *Tempore interne tentationis:* quando Satanæ tela sua ignita in nos torquet, Eph. 6. v. 17. ut ratione peccatorum commissorum in spirituales tentationes incidamus, quitantes cum spiritali Sion: Dereliquit me Dominus, Esa. 49. v. 14. ibi iterum non melius nobis consulere possumus, quam si cum cœlesti sponso nostro in viridari-

darium ejus ambulemus, & elegans flos-
culum plenum consolationis decerpamus,
Pl. 65. v. 5.

3. *Tempore ultima emigrationis.* Quan-
do oculi non amplius vident, aures non au-
diunt, lingua non loquitur, pedes non am-
bulant, & manus non palpant: tum sane
consolatione vel maxime opus est. Unde
vero eam hauries nisi è fontibus Israelis? in
quibus mors piorum describitur, velut pla-
citus somnus, Joh. 11. v. 11. tanquam abitus
ad Patrem, Joh. 16. 5. ut liberatio ex omni-
bus molestiis, Phil. 1. 23. quis igitur eandem
exhorresceret, & non potius spe instantis
liberationis cum Paulo exclamaret: Cupio
dissolvi, & esse cum Christo, Phil. 1. v. 23.

Sicut igitur pius ille Josephus in fertili-
tate septem annorum magnam frumenti
copiam collegit, ne homines ingrueute an-
nonæ caritate fame interirent, Gen. 49. v.
49. Ita etiam quilibet Christianus, dum
mens est sana in corpore sano, templum as-
sidue frequenter, & verbum Dei cum de-
votione debita audiat: quo tempore tri-
bulationis cor suum eo confirmare possit,
Licet enim in præsentiarum non appareat
quam utilitatem sententia hæc vel illa affe-
rat, tamen suo tempore expetiemur, nul-
lum verbum sine insigni utilitate esse,
quando vexatio ingruit, quæ dat intel-
lectum, Esa. 28. v. 19. Adhuc nobis gratia Chri-
sti, Amen.

IN FESTO PENTECOSTES.

Evangelium, Joh. 14. v. 24. - 31.

EXORDIUM.

CUM mirandus Propheta Elias,
jussu Dei, ad montem Horeb
venisset, ibique in spelunca per-
noctaret: sermo Domini fa-
ctus est ad illum, ut egrederetur spelunca:
quod cum Elias fecisset, Dominus transi-
bat, & ventus vehementissimus & fortis,
dirumpens montes, & conterens petras,
ante Dominum: non in Spiritu Domini,
& post Spiritum commotio: non in com-
motione Dominus, & post commotio-
nem ignis: non in igne Dominus, & post
ignem sibilus auræ tenuis. Quod cum
audisset Elias, operuit vultum suum pal-

lio, & egressus, stetit in ostio spelun-
cæ, & loquebatur cum Domino, 1. Reg.
19. v. 9.

Hæc mirabilis Historia est, in qua non
modo idea visibilis Spiritus sancti effusio-
nis ostenditur, in qua similiter sonus de
cælo, tanquam advenientis Spiritus vehē-
mentis auditus est, Act. 2. v. 2. sed discimus
quoque hinc, quomodo Deus in nos ho-
mines, præcipue vero fideles affectus sit,
quia hic Eliæ in summa animi pertur-
batione versanti, in sibilu auræ tenuis se
manifestavit. Et enim caritas ipsa, 1. Joh.
4. v. 8. hinc non potest, quin diligit illos qui
vera

vera fide ipsum amplectuntur, ut Moses non temere exclamet: Diligit populos, Deut. 33. v. 3.

Inspicite cœlum & terram, & omnia, quæ in eis sunt: quid aliud illa sunt quam testimonia caritatis erga lapsum genus humanum. Omnia quippe propter hominem, sed homo propter Deum, ut ejus beneficia laudet, Deumque glorificet, Psal. 50. v. 15.

Inter omnia vero dilectionis divinæ testimonia, illud maximum & præcipuum est, quod propter homines, Filium suum unigenitum in carnem misit, & Paracletum Spiritum sanctum super Apostolos effudit, & indes adhuc in corda nostra effundit, ut ita, sicut Bernhardus optime sentit, totus exercitus cœlestis homini quasi ministret. Angeli mittuntur ad tuendum nos, Filius Dei ad redimendum, & Spiritus sanctus ad sanctificandum. Imo hoc extra omne dubium est, si Deus, cœlestis Pater, sublimius & carius quicquam habuisset Filio suo & Spiritu sancto, quod & illud nobis ex ardentissimo in nos amore non den egasset. Deus Filius & Deus Spiritus sanctus ejusdem essentiae sunt, cum Patre, ejusdemque Majestatis & gloriæ. Quando igitur Filium & Spiritum sanctum nobis dat, donum sibi æquale nobis exhibet. Hæc caritas est, quæ Angelorum, nedum hominum linguis exprimi nequit: sicut & Deum cœli cœlorum non capiunt, 1. Reg. 8. v. 8.

Hac de re agit in præsentia in Ecclesia Dei, maxime quod visibilem Spiritus sancti effusionem concernit, quam Christus Discipulis promisit, & quinquagesimo post resurrectionem die præstitit, unde &

præsens festivitas nomen accepit, quod à Græcis πεντηκοστήν vocata fuerit. Nos hac vice pro instituti ratione meditaturi sumus

- I. Triplicem Querelam.
- II. Triplicem Medelam.
- III. Triplicem Cautelam.

JJ.

Exegesis.

Quando Judæi in V. T. Pentecosten suam celebrabant, tenebantur Domino sacrificium cibatorium novum offerre, panes Movendæ duos, de duabus decimis similæ fermentatæ, ut constat ex Levit. 23. v. 16.

Hæc figura debiti Christianorum fuit, quod hodie tenus spiritualiter nobis observandum est, postquam per Christum creatura nova effecti sumus, 2. Cor. 5. v. 17. & hoc sine Spiritum novum accepimus, Psal. 51. v. 12. ut ab illo agamur, & ducamur, ne secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulemus, Rom. 8. v. 1. tanquam aquilæ renovatæ, Psal. 103. v. 5. quæ sursum feruntur, sapientes quæ sursum sunt, non quæ super terram, Col. 3. v. 2.

Id docet nos prælecta Pericope, quam pii Veteres in Pentecostes festo in Ecclesia declarandam ordinarunt.

Querela respicit

1. Amatorum Christi raritatem. Qui non diligit me, dicit Christus, sermones meos non servat. Hoc axioma convertibile est, utrumque siquidem verum: Qui Christum non diligit, sermones ejus non servat: & qui sermones ejus non servat, vere quoque di-

p p

cere

cere nequit, quod eum diligit, hæc enim caritas Dei efl, ut mandata ejus custodiamus, 1. Joh. 5. v. 3.

Quodfi igitur præfentem mundum intueamur, nemo non amator Chrifti videri vult: verùm praxis ipfa contrarium prohdolor! teftatur. Plurimi enim verbum Dei fusque deq; habent, dicentes cum Auditoribus Efaïæ: Manda, remanda, Efa. 26. v. 13. Non ambulabimus, Jerem. 6. v. 17. Qui igitur dilectionem Chrifti profiteri poffunt?

Occurrunt Exfecratores & blafphemi, qui Sacramenta, vulnera, fanguinem & mortem Chrifti in vanum adhibent, iisque proximo mala quæque imprecantur, & tamen Chriftianorum nomine fuperbiunt. Verùm non bona efl gloriatio vefta, 1. Cor. 5. v. 6. Qui enim, inquit Chriftus, diligit me, fermonem meum fervabit, qui verò non diligit me, sermones meos non fervat. Hinc elucefcit, hujufmodi blafphemos & exfecratores non partem habere cum Chrifto, fed eundem denuò crucifigere, & fanguinem teftamenti pollutum ducere, in quo fanctificati funt, Hebr. 6. v. 6. & 10. v. 29.

Occurrunt fcortatores & adulteri, qui ut equi libidinoſi ad uxorem proximi fui hinniunt, Jer. 5. v. 8. & tamen Chrifti nomen ufurpant. Verùm decipiunt feipfos, qui enim diligit me, dicit Chriftus, fermonem meum fervabit &c. Atqui verbum Chrifti vult, ut non modò in operibus, fed & in verbis & cogitationibus caftimonie ftudeamus, & ex adverfo omnem libidinem vitemus: quia omnis, qui viderit mulierem, ad concupifcendam eam, jam mæchatus efl eam in corde fuo, Matth. 5. v. 28.

Unde conflat, ejufmodi homines impuros, inter amatores Chrifti non numerandos, fed pertinere ad fynagogam Satanæ, qui Spiritus immundus dicitur, Luc. 11. v. 24.

Inveniuntur fceneratores qui iniquis ufuris proximum aggravant, & violenter tollunt pelles eorum defuper eis, & carnem eorum defuper offibus eorum, Mich. 3. v. 2. Attamen Chrifti amatores videri volunt, At quia mandatum Chrifti de fraternâ caritate non obſervant, fruſtrâ fe Chriftum diligere gloriantur, 1. Joh. 4. v. ult.

Hinc ergò conflat, quam rara avis in terris fuit amatores Chrifti, hinc Dei benedictio quoque evaneſcit, & omnia commercia jacent. At unde hoc? Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriftum, fit Anathema, Mahoram-motha, 1. Cor. 16. v. 22.

II. *Pacis mundanae vanitatem*, de quâ Chriftus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ex quo apparet, inter pacem Chrifti, & pacem mundi ingens difcrimen eſſe. Multæ enim infidiæ doſoſi, Sir. 11. v. 31. Chriftus verò teſtis fidelis eſt, Apoc. 1. v. 5. qui veritatem cuſtodit in ſeculum, Pſal. 146. v. 6.

Nahas Ammonites cum Iſraelitis in Jabes-Galaad, in hoc fœdus ferire volebat, ut erueret omnium oculos dextros, 1. Sam. 11. v. 2.

Benadad quoque Syriæ Rex, nunciis ad Achab Regem Iſrael miſſis, illi intimabat: Argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Et licet Rex Iſrael reſponderet: Juxta verbum tuum, Domine mi Rex, tuus ſum, ego & omnia

omnia mea : tamen non acquiefcebat, fed & diripere urbem cogitabat, 1. Reg. 20. v. 4.

Quam egregiam, fi Diis placet! pacem Senacherib Hierofolymis offerebat? Facite mecum, ait, pacem, & egredimini ad me : & comedet unusquisque de vineâ fua, & de ficu fua, donec veniam, & transferam vos in terram, quæ fimilis eft veftræ terræ, 2. Reg. 18. v. 31. feqq.

Nec hodiè paci mundanæ nimium fidendum eft. Diabolus enim, valdè negotiofus eft, quò ignem belli fuccendat, quo vehementer delectatur. Unde eò diligentius oremus, ut Deus pacis conterat Satanam fub pedibus noftris brevi, Rom. 16. v. 20.

Intereâ hoc folatium noftrum fit, quod pacem habeamus ad Deum, per Dominum noftrum Jefum Chriftum, Rom. 5. v. 1. hanc pacem neque Diabolus neque mundus nobis eripere valebit, exuperat enim omnem fenfum, Phil. 4. v. 7. quinimò major eft, qui in nobis eft, quàm qui in mundo, 1. Joh. 4. v. 4. *Pax cum mundo fapè litigat cum confcientia*, ait Calliodorus; fic ut de Sodomitis dicitur, quod ipsis fuerit felicitas tranquillitatis & abundantia, quâ verò abufi funt ad superbiam, & omnis generis peccata, Ezech. 16. v. 49. ideò pax externa non tam refpici debet, quàm interior confcientiæ pax, hâc fi gaudemus, fecuri dicere poffumus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Rom. 8. v. 32. feqq.

III. *Principis mundi hofilitatem*, quâ ultimo hoc tempore vel maximè faxit, fcienfens, quod modicum tempus habet, Apoc. 12. v. 12. hinc Chriftus: Venit Princeps

mundi hujus, h. e. circumit, ceu leo rugiens, quærens, quem devoret, 1. Petr. 5. v. 8.

Quod Diabolus Princeps mundi hujus, h. e. circumit, ceu leo rugiens, quærens, quem devoret, 1. Petr. 5. v. 8.

Quod Diabolus Princeps mundi hujus dicitur, id femel idè fit, quia Principatum fibi arrogat, qui tamen ipfi non debetur, ut conftat ex Matth. 4. v. 9. Deindè quia Regnum fuum habet in filiis incredulitatis, Eph. 2. v. 2. qui in omnis generis peccatis voluntante, & hoc ipfo Diaboli Dominio fe fubjiciunt. Nam qui peccatum facit, ex Diabolo eft: & in hoc manifefte funt filii Dei, & filii Diaboli, 1. Joh. 3. v. 8. 10.

Idipfum hætenus vidimus, & adhuc videmus, dum Satanæ molimine omnia ferè furfum deorfum feruntur, in omnibus tribus Hierarchiis, nihilq; intermittitur, quod certum hominibus exitium inferre poteft, undè non immeritò Abaddon, Apoc. 9. v. 11. dicitur, coràm illo enim gaudet mæror, Job. 41. v. 73.

O quoties aures hominum occupat, ne audiant verbum Dei, & inde fidem concipiant! Rom. 10. v. 17. quoties os, ne loquantur ad ædificationem neceffitatis, Eph. 4. v. 29. quoties cor, ut inde exeant cogitationes malæ, homicidia, ad ulteria, fornicationes, furta, falfa testimonia, blaſphemia, quæ coinquinant homines, Matt. 15. v. 19.

Quilibet proindè immaculatum fe cuftodiat ab hoc feculo, Jac. 1. v. 27. ficut Chriftus eum de mundo elegit, Joh. 15. v. 19. Diaboloq; tanquam communi adverfario noftro verâ fide refiftat, 1. Petr. 5. v. 9. ne aliquando pœnas det, interitum æternum,

num, à facie Domini, & à gloriâ virtutis
ejus, 2. Thels. 1. v. 9.

De Secundo.

Sequitur *Medela*, quæ fluit
I. *Ex Patris redamatione.* Si quis
diligit me, ait Christus, sermonem meum
servabit, & Pater meus diliget eum. Hæc
ingens gratia est. Quamvis enim Deus
cælestis Pater univerfum orbem diligit, &
ita etiam impios in mundo: sicut & So-
lem suum oriri finit, super bonos & malos,
Mal. 5. v. 44. & vult serid, omnes salvos
fieri, 1. Tim. 2. v. 4. attamen specialis in-
spectio in electis ejus, Sap. 3. v. 9. quos ut
animam suam diligit, & ut pupillam oculi
tuetur, Zach. 2. v. 8.

Sicut igitur insignem læticiam affert piis
subditis, si Principem suum sibi benè cupe-
re norunt, sicuti Haman multis prædica-
bat, quod Rex Ahasverus super alios eve-
ctum in deliciis haberet se, Esther. 5. v. 10.
seq. Ita nobis multò magis exultare conve-
nit, quod Rex Regum nos gratiosè respe-
xit, & gratiâ sua dignatur. Omnis enim
homo mendax, Psal. 116. v. 11. Sed hic
Dominus nunquam mutatur, Mal. 3. v. 6.
omnia opera ejus in veritate, Psal. 33. v. 4.
citiùs montes commovebuntur, & colles
loco movebuntur, quam apex de verbo
ejus deficiat, Esa. 54. v. 10.

Hinc non modò preces nostras exaudit,
quando invocamus eum: sed & in angu-
stiâ constitutos blandè consolatur, ne ti-
meant, se enim adfuturum ipsis in tribula-
tione, erepturum, & glorificaturum eos,
Psal. 91. v. ult. quod & opere ipso sæpius
demonstravit: neminem enim unquam
derehiquit, qui speravit in eo, Sir. 2. v. 11.

In hoc mundo Deus aliquando huic vel
illi fidelem amicum conciliat, à quo sicut
animam suam diligit, diligitur, ut Davidis
& Jonathani exemplum probat, 1. Sam.
20. v. 17. Verùm facultas juvandi sæpè
deest.

Qui verò Deum amicum habet, cum
Assaph dicere potest: Quid mihi est in cæ-
lo? & à te, quid volui super terram? Psal.
73. v. 25. Sicut enim nemo bonus est, nisi
ipse solus, Matth. 19. v. 17. ita etiam arden-
ter diligit, Ol. 11. v. 8. ut Pater, Psal. 103.
v. 15. Mater, Esa. 49. v. 15. in caritate per-
petuâ, Jer. 31. v. 3. Psal. 103. v. 17.

II. *Ex SS. Trinitatis inhabitatione.* Ve-
niemus ad eum, dicit Christus, se, & Pa-
trem cum Spiritu sancto, indigitans, &
mansionem apud eum faciemus.

Hinc omnibus sinceris amatoribus
Christi, qui corde & ore ipsum profiten-
tur, & verbum ejus servare student, ingens
gaudium suboritur. Deus Pater amat nos,
Joh. 16. v. 27. & in hunc finem Filium su-
um unigenitum misit in mundum, ut viva-
mus per eum, 1. Joh. 4. v. 9.

Filius Dei, de oleo bono, quo unctus
est, velut caput, aliquid in barbam & in ve-
stimenta h. e. in Doctores & Auditores
stillari fecit, Psal. 133. v. 2. & Spiritum san-
ctum super omnem carnem effudit, Joël.
2. v. 28.

Spiritus quoque sanctus, nullum discrimen
observat, inter conversos Judæos &
gentiles, ut Petrus testatur, Act. 10. v. 35.
innuens gratum hunc hospitem, non modò
super Apostolos effusum: sed & omnibus
missum esse, ut gratiosâ suâ inhabitatione
quilibet in ingressu, progressu & egressu vi-
tæ fruatur.

In

In vitæ ingressu, super infantes effunditur, quando Christo in baptismo inicianur, Tit. 3. v. 5. quin & Baptistam in utero Matris replevit, ut in exultationis gaudio Messiz adventum gratulatus sit, Luc. 1. v. 44.

In vitæ progressu templum & habitaculum suum ædificat, non modò in senibus, sed & in juvenibus, filiis & filiabus, Joël, 2. v. 28. habitat in sene Simeone, Luc. 2. v. 26. habitavit in matre & avia Timothei, quarum utraque plena fidei & Spiritus fuit, 1. Tim. 1. v. 5. habitavit in Regio Psalte, per quem quoque locutus est, 2. Sam. 23. v. 2. habitat quoque in mechanicis, sicut in Besaleel & Oholiab, Exod. 31. v. 2. Summa: Nullus æger cum Jobo adeò infirmus, Job. 33. v. 19. nullus mendicus cum Lazaro adeò egenus, Luc. 16. v. 20. nullus famulus cum Onesimo adeò vilis est, Philem. v. 10. quin habitaculum suum in iis figat Spiritus sanctus. Propterea non modò in Pentecostes festo super Apostolos effusus, sed jam tum in V. T. Moysi ductor fuit, Prophetisque quid loquerentur, inspiravit: qui de futurâ gratiâ prophetarunt, scrutantes, in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuccias eas, quæ in Christo sunt passionis & posteriores glorias, 1. Petr. 1. v. 10. 11. sicut adhuc hodiè communicatio ejus nobiscum est, 2. Cor. 13. v. ult. ut ejus instinctu, quæ recta sunt faciamus, clamantes: Abba Pater, Rom. 8. v. 16.

In vitæ egressu, virtute suâ nos confirmat, nemortem horrescamus, quam suavissimis ided nominibus insignit, quod sit abitus ad Patrem, Joh. 14. v. 2. pacifica dimissio, Luc. 2. v. 19. janua ad vitam, Joh. 5. v. 24. exoptata dissolutio, & dives

lucrum, Phil. 1. v. 21. Quin ille ipse Spiritus est, qui Iesum à mortuis resuscitavit, & quia in nobis quoque idem habitat, certissimus, quod & nostra mortalia corpora vivificaturus sit, propter inhabitantem spiritum in nobis, Rom. 8. v. 11.

Quando igitur gratum hunc hospitem, Patrem, Filium & Spiritum sanctum nobiscum habemus, & quidem ita, ut templum & tabernaculum suum in cordibus nostris construxerit, meritò, quod nobis factus sit, adseverare possumus, sicut de Zachæo, ad quem Christus diverterat, dicitur: Luc. 19. v. 9.

III. Ex officii Sp. S. designatione, quod consistit

1. In consolando. Adjuvat enim infirmitatem nostram, Rom. 8. v. 26. dans lassitudinem, Esa. 40. v. 79. secundum divitias gloriæ suæ corroborari, in interiori homine: & Christum habitare per fidem in cordibus nostris, Eph. 3. v. 16.

2. In informando. Ille vos docebit omnia, ait Servator: potissimum, quomodo Deum ratione essentia & voluntatis cognoscamus. Nam, ut Hieronymus ait: *Omnia homo pecus est, absque notitiâ sui Creatoris.* Joh. 17. v. 3.

3. In revocando. Suggestet vobis, pergit porriò Servator, omnia, quæ dixi vobis. Naturâ rudes & insulsi sumus, ut non percipiamus ea, quæ sunt Spiritus Dei, 1. Cor. 2. v. 14. sicut Apostoli ipsi sæpè nesciebant, quæ illis Iesus loquebatur, Joh. 16. v. 18. Luc. 18. v. 34. quâ de causâ & sæpè ipsos ob fidem infirmam objurgavit, Marc. 9. v. 19. Nos insuper ita affecti sumus, ut facillimè bona quæ legimus, aut audimus oblivioni tradamus, instar viri, considerantis

faciem nativitatís fuæ in speculo, & poftquam confideravit fe, abiit, & ftatim oblitus eft, qualis fuerit, Jac. 1. v. 23. Ided Spiritum fanctum infirmitatem noftram adjuvare neceffe eft, ut non modò aperiat nobis fenfum, Luc. 24. v. 45. fed & legem fuam in corde noftro fcribat, ut femper norma nofta fit, Jer. 31. v. 33. fic benè nobis erit, inveniemusque gratiam & difciplinam bonam, coram Deo & hominibus, Prov. 3. v. 4.

De Tertio.

Restat *Cautela*, quæ tribus abfolvitur Regulis, quarum

I. *Verbum Chrifti ferva.* Qui diligit me, ait Chriftus, sermonem meum fervabit. Non dicit: Audiet sermonem meum; licet enim & hoc à vero Chrifti difcipulo requiratur, ipfo Chrifto teftè: Qui ex Deo eft, verbum Dei audit, Joh. 8. v. 47. at tamen nudum audire non fufficit: fed & vita juxta auditum verbum componenda eft. Si hæc fcitis, beati eftis, fi feceritis ea, Joh. 13. v. 17.

Imprimis verò verbum Chrifti fervandum eft,

I. *Per fiduciam cordis.* Ne ulla creatura nos inde divellat, Rom. 8. v. 39. e. g. quando Servator clamat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eftis, ego reficiam vos, Matth. 11. v. 28. te quoque includas oportet, & quia tu quoque ex numero laborantium & oneratorum es, neutiquam de refectione dubites: Est enim Servator omnium hominum, maximè v. fidelium, h. e. eorum, qui fanctiffimum ejus meritum, quod pro toto mundo præftitit, in individuo fibi applicant, 1. Tim. 4. v. 10.

Id fecerunt Jobus, e. 19. v. 25. Paulus, Gal. 2. v. 20. Thomas, Joh. 20. v. 28.

Idem & nos faciamus, ut in omnibus adverfitatibus, morte quoque ipsa ad verbum Chrifti tanquam ad facram anchoram confugiamus. Amen, Amen dico vobis, ait Servator: fi quis sermonem meum fervaverit, mortem non videbit, in æternum, Joh. 8. v. 51.

II. *Per confessionem oris.* Ne pudeat nos sermonum Chrifti, Marc. 8. v. 38. fed parati femper fimus, ad fatisfactionem, omnipotentem nos rationem, de eâ, quæ in nobis eft fide, 1. Petr. 3. v. 5. Rom. 10. verf. 10.

Hoc nifi fit, fed confeflio occultatur, ut diligas gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei, Joh. 12. v. 43. indicium fanè eft, sermonem Chrifti apud ejusmodi homines in tenui pretio efle, aliàs illud confiteri minus vererentur, fi quidem Chriftus exprefle ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, Matth. 10, v. 28.

III. *Per conformationem operis.* Vos amici mei eftis, fi feceritis, quæ ego præcipio vobis, ait Servator, Joh. 15. v. 14.

Quando igitur Dominus clamat: Agite pœnitentiam, appropinquavit Regnum cœlorum, Matth. 4. v. 22. non furdis auribus prætermittamus illud, fed refipifcamus, dum peccare poffumus, ne tempus fortè nobis deficiat, à manè enim ufque ad vefperam immutabitur tempus, Sir. 18. verf. 26.

Quando Chriftus clamat: Cavete, ne corda vefta graventur crapulâ, & ebrietate, & curis hujus vitæ, Luc. 21. v. 34. iterum cogitemus; sermonem Chrifti efle, eun-

eundemque opere ipfo expleamus; In vi-
no enim eft *doulla*, Eph. 5. v. 17.

Quando Chriftus clamat: Mandatum
novum do vobis, ut diligatis invicem: vicif-
fim noftrum erit, id obfervare, ubi enim
dilectio non eft, fides non eft, fi quidem fi-
des per caritatem efficax eft, Gal. 5. v. 6.
Hebr. 11. v. 6.

Quando Chriftus dicit: Si quis vult
poffit me venire, abneget feipfum, & tollat
crucem fuam & fequatur me, ex Matth. 18.
v. 24. iterum meminerimus, non modò
donatum nobis effe pro Chrifto, ut in eum
credamus, fed ut etiam pro illo patiamini,
Phil. 1. v. 29.

Hoc ita per omnes fidei articulos dedu-
ci poteft, quos Chriftus, tanquam magnus
ille Cancellarius à Patre miffus, nobis re-
velavit, & enarravit, Joh. 1. v. 18.

Chriftum enim diligere & verbum ejus
fervare, nunquam separari poffunt: prop-
tereà illi, qui Chriftum diligere fe præten-
dunt, dum verbum ejus negligunt, ad nu-
merum verè credentium referri nequeunt:
fed hypocritæ funt, qui ore dicunt, Domi-
ne, Domine, Matth. 7. v. 71. habentes
speciem pietatis, 2. Tim. 3. v. 4. opere ipfo
verò fimiles funt fepulchris dealbatis: quæ
foris apparent speciofa, intus verò plena
funt offibus mortuorum, & omni spurci-
tiâ, Matth. 23. v. 27.

II. *Opem Spiritus fancti implora.* Quia
enim Chriftus ita in prælecto Evangelio
eum defcribit, quod fit fpiritus, qui Apo-
ftolis fuis omnia docturus fit, in omnibus
Statibus ope ejus magnoperè indigemus:
Verbi Miniſtri, ut doceat eos, quomodo
rectè fecent verbum veritatis, 2. Tim. 2.
v. 16. virgam amabilem & dolorem ritè

ufurpent, Zach. 11. v. 7. & ita opus Evan-
geliftæ facientes, ministerium fuum im-
pleant. 2. Tim. 4. v. 5.

Magiſtratus, ut inſtruat eos, quomodo
juſtitiam parvo & magno adminiſtrare de-
beant, Deut. 1. v. 17. ne judicium ſupremi
judicis ſubeant, & ſicut tyranni cadant,
Pſal. 82. v. 7.

Mercatores, Opifices, & in genere omnes
Chriftiani, ut informet eos, quomodo in
vocatione ſua ambulent, ne naufragium
bonæ conſcientiæ faciant, quæ auro & ar-
gento potior eſt. Quid enim prodeſt ho-
mini, ſi univerſum mundum lucretur; ani-
mæ verò ſuæ detrimentum patiat, Mat-
th. 16. v. 26.

Imprimis, quod Chriftianifmum no-
ſtrum concernit, Spiritus ſanctus adeò
prora & pupis eſt, ut etiam ſine ipſo Jeſum
Dominum dicere nequeamus, 1. Cor. 12.
verſ. 3.

Rectè itaque non domi tantùm & pri-
vatim auxilium Spiritus ſancti implora-
mus, dicentes: Cor mundum crea in me
Deus, Pſal. 51. v. 11. ſed & pii Veteres præ-
clarè ordinarunt, ut ſub initium cultus di-
vini canamus:

Sanctum rogamus Spiritum,
Veram fidem potiffimum,
Agone nos ut protegat,
In patriam quando avocet.

Equidem Papiftæ illudunt nobis, objici-
entes, habere nos neque Fidem neque Spi-
ritum ſanctum, quia quotidie propterea
oremus. Verùm laterem lavant ipſi, non
perpendentes, quod & Deus de iis invocari
velit, quæ jam poſsidemus, ſicut vel ex ſo-
lâ Oratione Dominicâ luce meridianâ cla-
rius eluceſcit, Deindè non ſufficit, habere
fidem,

fidem, sed requiritur etiam incrementum, sicut discipuli Christi quoque orant: Domine adauge nobis fidem, Luc. 17. v. 5. Quin & firmamentum necessarium est, ne à Christo fortè deficiamus, sed ad finem perseveremus, Match. 10. v. 22. Hæc perseverantia carnis & sanguinis non est, sed donum Spiritus sancti, qui propterea invocandus est, ut nos in fide conservet. Non enim sufficit, ut participes Christi effecti simus: sed opus quoque est, ut inicitum substantiæ, usque ad finem firmum retineamus, Hebr. 3. v. 14.

Perge igitur invocare Deum, flocci faciens calumnias filiorum hujus sæculi. Quemadmodum enim in mari feliciter navigaturus, secundo vento opus habet, aliàs ad verso amne navigabit: Ita vita nostra nihil aliud, nisi navigatio est. Vehimur enim in impetuoso hujus mundi mari, & à decumanis fluctibus modò ad cælos evehimur, modò usque ad abyssos dejicimur, Psal. 107. v. 26. idèò secundo vento perquam nobis opus est, qui naviculam nostram impellat, ne submergatur, sed in portum vitæ æternæ feliciter appellat. Est hic ventus cælestis pentecostalis, Deus Spiritus sanctus, de quo Dominus, Esa. 57. v. 6. sine hoc vento contrariis velis navigamus. Non enim possumus Dominum Jesum dicere nisi in Spiritu sancto, 1. Cor. 12. v. 3. Hic ventus purificat aërem, reficit plantas terræ, affert benignum imbrem, quæ hæreditas Dei, quæ linguebat, confirmatur, Psal. 68. v. 10. Propterea vela explicemus, Deumque oremus, ut naviculam nostram hoc gratiæ vento regere dignetur. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei, Rom. 8. v. 14.

III. *Timorem servilem elimina.* Propterea Servator, ait: Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Propter peccatum malam conscientiam habemus, & perturbatam, quæ semper præsumit sæva, Sap. 17. v. 11. & efficit, ut cogitationes se invicem accusent, Rom. 2. v. 15. ut rectè Bernhardus: *Nulla pena major est malæ conscientia, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer, ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat.*

Sed hic Christus nos bono animo esse jubet, semel, quia in viâ sit, ut ad Patrem abeat, emundaturus conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi, Hebr. 9. v. 14. Deindè quia nobis aliùm Paracletum procuraturus sit, nempe Spiritum dilectionis, 2. Tim. 1. v. 7. qui foràs mittit timorem, 1. Joh. 4. v. 18. & illos, qui se ab eo regi sinunt, animosos reddat quò juxtà verbum Dei vivant, patienter ferant, beateque moriantur.

Quod si igitur res adversæ ingruant, fratres, remittiscamini verborum Christi: Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Fidelis enim est Deus, nec finit ququam tentari, suprâ id quod potest, 1. Cor. 10. vers. 13.

Quod si Diabolus telis ignitis suis à dextris & sinistris vos infestet, 2. Cor. 6. v. 8. non turbetur cor vestrum, Christus Magister salvationum est, sciens suos è tentatione eripere, 2. Petr. 2. v. 9.

Quod si mors è regione viventium vos ablatura: Non turbetur cor vestrum. Ego sum resurrectio & vita, ait Servator, Joh. 11. v. 26.

Hinc B. Martyres alacres ad cruciatus properarunt, sicut de Hieronymo Pragensi Autor Pontificius memorat: Neminem unquam

unquam Philosophorum, tam forti animo mortem pertulisse, & quasi ad epulas invitatum ad incendium properasse.

Sic Eusebius de Lucio Martyre refert, quod interficiendus ad Prætores se converterit, dicens: Gratias ago tibi, quod à malis Dominis liberor, & ad Deum Patrem, Regem optimum proficiscor,

Vos quoque confidite Vos mei! non horrentes mortem, quæ Christianorum lucrum est, Phil. 1. v. 21, Non formidate sepulchrum: Christus enim lectum præpa-

ravit, ut ibi requiescamus ab omnibus laboribus nostris, Apoc. 14. v. 13. Nolite metuere Diabolum, quando peccatorum tabulam nobis ostendit, Christus enim delevit Chirographum, quod adversus nos erat, Col. 2. v. 14. nos jam læto animo mori possumus, nihil enim condemnationis in iis est, qui in Christo Jesu sunt, Rom. 8. v. 1. Quod si nihil condemnationis in nobis, qui in Christo Jesu sumus, certissimi sumus salutis & vitæ æternæ, quam nobis Christus Jesus largiatur, Amen.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

Evangelium Joh. 3. v. 1. -- 15.

EXORDIUM.

CUm Abimelech olim contra Sicheinitas expeditionem moveret, noctu imperum in illos facturus, vidit Gaal de montibus multitudinem descendantem, per viam, quæ respicit quercum Augurum: Zebul verò exercitum advenientem umbras montium putavit: at postea Abimelech cum copiis suis adesse, cum damno suo comperit: qui oppugnata & captâ urbe, habitatores interfecit, urbemq; destruxit, ut ita sal in eâ disperferit, Jud. 9. v. 30. seqq.

Hæc mirabilis historia est, quam tamen mysticè exponemus.

Abimelech truculentissimus Tyrannus erat, qui LXX. fratres suos trucidari jussit, quò securius Regno frueretur, ut idem Turcicus Imperator hodiè in more habet. Imago est Diaboli, qui & Princeps hujus mundi dicitur, Johan. 16. v. 11, qui ubique

caedes machinatur, & æque per Antichristum in Occidente, ac Machometem in Oriente, multa millia Christianorum innocenter perimit, sanguinem eorum tanquam aquam effundens, Psal. 73. v. 3. ita, ut æstimentur sicut oves occisionis, Psal. 43. v. 22. Nec tantum hoc modo corpori insidiatur, sed etiam, & præcipuè quidem animæ, quando homines cæcitate & securitate obsidet, ut copias militares umbras montium reputent, veluti Zebul. Hoc est, non tantum periculum imminere putant, hinc dicunt: Neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus malum venturum est, Psal. 75. v. 7. hoc ipso verò astute illos circumvenit, ut exitium non antè deprehendant, quam omnes undæ super eos transierint, Psalm. 42. v. 8.

Hæc cæcitate & securitate laborarunt Phari-

Pharisæi tempore Christi, licet enim multa de lege verba facerent, & clavem scientiæ sibi arrogarent, Luc. 11. v. 52. attamen umbras montium homines putabant, i. e. fermento suo Pharisæico omnia corrupebant, rescindentes verbum Dei per traditiones suas, Marc. 7. v. 13. quin & Christum ipsum aspernabantur, qui tanquam vera lux omnem hominem illuminaturus in mundum venerat, Joh. 1. v. 9. tenebras magis diligentes, quam lucem, Joh. 3. v. 19. & perseverantes in cœcitate hâc, donec infernalis Abimelech in exitium eos præcipitavit, & in direptâ eorum urbe sal dispersit, h. e. planè desolavit, quæ desolatio quoque ad finem perseverabit, Dan. 9. v. ult.

In Prælectâ Pericope, quempiam ex illis, nomine Nicodemum, in corde suo convictum, noctu Christum accessisse audimus, metuentem, ne fortè à Collegis suis excommunicaretur, ut decretum illis erat, Joh. 9. v. 22. Attamen hâc ratione ad agnitionem veritatis pervenit, ubi ex adverso reliqui omnes, velut Ducees cœcorum in foveam ceciderunt, Matth. 15. v. 13. nempe in foveam æternæ damnationis, in quâ non est aqua, Zach. 9. v. 11. Esa. 30. v. ult.

Videbimus

I. Triplicem Querelam.

II. Triplicem Medelam.

III. Triplicem Cautelam.

J. J.

Exegetis.

Celebramus hodie solenniter Festum SS. Trinitatis, ubi consideramus, quomodo Deus unus in essentia & trinus in personis sit; quod quidem Mysterium

rationi nostræ comprehensibile non est. Ideoque pii Veteres Nicodemum nobis proposuerunt, ut exemplo ejus cautiore redditi, captivemus rationem nostram in obsequium Christi, 2. Cor. 10. v. 5. Beati enim qui non viderunt, & crediderunt, Joh. 20. v. 29.

Querela respicit

I. *Humanam timiditatem*, quam in Nicodemo deprehendimus. Noctu etenim accessit Christum, ne fortè proderetur, ubi tamen melius fecisset, si omni metu seposito, Christum publicè professus fuisset. Corde enim creditur ad justitiam: ore confessio fit ad salutem, Rom. 10. v. 10. Non igitur hoc exemplum consignatum est in sequelam, sed in medelam, ut sciamus, Christum patienter laturum infirmitatem nostram, nec nos propterea abjecturum esse, juxtâ promissionem Joh. 6. v. 37.

Viderint hîc, qui cum Pontificiis hæcenus hypocriticè collaferunt, ut & ipsi Nicodemi exemplo instructi, sicut ille corpus Christi publicè tandem terræ mandavit, Joh. 19. v. 39. eundem similiter confiteantur, ne ceu repidi ex ore Christi evomantur, Apoc. 3. v. 16. Luc. 9. v. 26.

Quam verò excusationem illi afferent, qui noctu quidem cum Nicodemo egrediuntur: sed non ad Christum, verum ad meretrices, ut scortatores & mæchi, qui observant crepusculum, Job. 24. v. 15. aut ad collufores & epulones, & sic tandem cum uxore & liberis ad incitas rediguntur, juxtâ illud Salomonis, Prov. 23. v. 20. Joh. 3. v. 20.

Sicut igitur gratiâ Dei filii lucis sumus, Luc. 16. v. 8. non noctis neque tenebrarum, 1. Thess. 5. v. 5. ita abjiciamus opera tene-

renebrarum, & induamur arma lucis, Rom. 13. v. 13. sic aliquando ex infaustâ hâc mundi Ægypto, qui & ipse terra tenebrosa dicitur, Job. 10. v. 21. in cœlestem Hierosolymam transferemur: ubi non ultrâ nox erit: sed gloria Domini illuminabit electos, Apoc. 22. v. 5. ut & ipsi lux sint in Domino, Eph. 5. v. 9. fulgentes sicut Sol in Regno Patris eorum, Matth. 13. vers. 43.

II. *Connexam stupiditatem*, ratione cuius ea, quæ sunt Spiritus Dei, non percipimus, 1. Cor. 2. v. 14.

Nicodemus Princeps Phariseorum erat, & tamen ad eum malè fundatus in fide suâ, ut Christus eum propterea reprehendens dicat: Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?

Id hodie tenus nimis familiare in mundo est. Et sicut Apostolus Athenis aram reperit, quam Deo ignoto consecraverant, Act. 17. v. 23. Ita hodie in medio orbe Christiano illa exstat, ubi stultorum pluri inveniuntur, dicentium in corde suo, non est Deus, Psal. 14. v. 1. & licet ore confiteantur, se nosse Deum, tamen factis negant, Tit. 1. v. ult. suntque ut plurimum opulentiores & potentiores in mundo. Non enim multi sapientes secundum carnem, 1. Cor. 1. v. 26. seqq.

Hi quia Deum ignorant, vicissim hanc sententiam ex Christi ore audient: Non novi vos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, Matth. 7. v. 23.

III. *Carnalem nativitatem*. Quod enim natum est, ait Christus, ex carne, caro est, & ita minus aptum ad Regnum cœlorum. Hoc à peccato oritur. Sicut enim pri-

mus noster Parens Adam liberos genuit post lapsum, non ad Dei, sed suam imaginem, Gen. 5. v. 3. ita adhuc hodie, omne figmentum cogitationum cordis nostri tantummodò malum est omnibus diebus, Gen. 6. v. 5. Caro enim concupiscit adversus Spiritum, & Spiritus adversus carnem: hæc sibi invicem adversantur, Gal. 5. v. 17. ut non abs revocemur: Generatio mala & adultera, Matth. 12. v. 39. naturâ filii iræ, Eph. 2. v. 3. quin & abominabiles in oculis Dei, Job. 15. v. 16. deteriores irrationabilibus pecoribus, genitis in captivitate & perniciem, 2. Petr. 2. v. 12. Neque enim bellua ad eum sæva, canis non æquè invidus, felis non tam infidelis, lupo non ad eum rapax, vulpes non tam astuta, basiliscus non tam venenosus, sus non æquè lutulenta ac homo, qui tamen ad imaginem Dei creatus, meritò rationabiliter agere, & peccatis resistere deberet, ne regnent in mortali suo corpore, Rom. 6. v. 12.

Quod si Protoplasti nostri in statu innocentie perstitissent, & imaginem Dei conservassent, beatissimi fuissent, & procul ab omni miseriâ cum omnibus posteris suis, è terreno Paradiso, in æternam salutem translati fuissent: Quia verò malitiosè à creatore se averterunt, & ad nutum Diaboli de fructu vetito comederunt, vanâ spe illecti, quod Deo similes sint eo usuri, imagineam quoque Dei cum omni concreata sanctoritate & justitiâ amiserunt: & loco ejus successit cœcitas in intellectu, ut non sapiamus ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum, Matt. 16. v. 23. repugnantia in voluntate, ut ea semper ad malum prona sit, Gen. 6. v. 3. & prava concupiscentia in corde, ut post lapsum homo nihil aliud sit, quàm Deca-

logus inversus, qui semper nititur in verum, cupitque negata, Rom. 7. v. 22.

Quin & tota hominis natura pôst lapsum adeò depravata est, ut jam non Dei, sed Satanae imaginem geramus. Qui enim peccatum facit, ex Diabolo est, I. Joh. 3. v. 8. seqq.

Omnes igitur ratione carnalis nativitate nostrae damnatemur, nisi Deus pro infinita misericordia sua, lavacrum regenerationis instituisse, ubi à peccatorum reatu abluti, ad vitam æternam renascimur, & in fœdus divinæ gratiæ recipimur. Quicumque enim in Christum Jesum baptizati estis, Christum induistis, Galat. 3. v. 27. Agnoscamus id grata mente, cum Petro dicentes: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos &c. I. Petr. 1. v. 3. seqq.

De Secundo.

Sequitur *Medola*, quæ fuit

I. *Ex Nicodemæ admessione.* Nocturnum enim Christum accedit, & tamen ei gratus est, ut inveniat, quod quærit, & accipiat, quod cupit.

Tibi quoque mi Christiane! gratiæ ostium semper patefcit, ut quando cunque veneris, misericordiam consequaris, & gratiam invenias, in auxilium opportunum, Hebr. 4. v. ult.

Nehemias coràm Deo, nocte & die, pro filiis Israel oravit, & ipse annuit precationi ejus, Nehem. 1. v. 6.

Idem fecerunt Cives Bethulienses ab Holoferne obsessi, Judith. 6. v. ult.

Rex David non modò manè ejulavit, Psal. 55. v. 18. sed & per singulas noctes

lectum lacrymis rigare solitus fuit, Psal. 6. v. 7.

Idipsum nos quoque faciamus. Non enim dormitat, neque dormit, qui custodit Israël, Psal. 121. v. 4. sed ut olim Israelitas per diem in columnâ nubis, & per noctem in columna ignis præcessit, Exod. 13. v. 21. ita neque nos derelicturus sed potius valida sua dextra nos sustentaturus est, ne per diem Sol nos urat, neque Luna per noctem, custodiet potius nos ab omni malo: custodiet animam nostram, custodiet introitum & exitum nostrum, Psal. 121. v. ult.

II. *Ex Baptismi descriptione*, cui hinc regeneratio attribuitur, quando hinc Christus gemino juramento adseverat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu non potest introire in Regnum Dei. Ex quo è contrario consequitur, quod, ubi regeneratio hæc ritè in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti juxta admonitionem Christi instituat, certò & infallibiliter vita æterna speranda sit. Hinc Theophylactus; *Adam cælos clausit, sed per baptismum aperiuntur.* Tota enim SS. Trinitas in cujus nomen baptizamur, præstò est, & in baptizando regenerationem efficaciter operatur, unde et è Veteres dixerunt: Pater donat, Filius acquirit, Spiritus sanctus confirmat. Uti que Pater donat: nempe ut Basilius loquitur, *πλασιν και αναπλασιν*, generationem & regenerationem. Plasmatur enim nos in utero matris, Job. 10. v. 8. & quod ad regenerationem necessarium est, ordinar. Hinc Paulus, Gal. 4. v. 4.

Filius idem acquisivit, & efficit, ut partibus thesauris, per baptismum fruamur. Mundat quippè nos lavacro aque in verbo,

bo, Eph. 5. v. 16. ut in illo habeamus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, Ephes. 1. vers. 7. Col. 1. v. 14.

Spiritus S. confirmat: est enim pignus hereditatis nostræ, Eph. 1. v. 14. quo signamur in diem redemptionis, Ephes. 4. v. 30. quin & baptismum signaculum justitiæ fidei facit, Rom. 4. v. 11. ut de salute certissimi esse possimus, nec portæ inferorum adversus nos prævalere valeant, Matth. 16. v. 18.

III. Ex vita æterna promissione. Nam sicut Moles exaltavit serpentem in deserto, ira exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. Historia ipsa existat Num. 21. v. 7. 8. Sicut enim tùm temporis morfu serpentum ignitorum læsi, signum salutis habentes, ad quod videbant, convertebantur, non per hoc, quod videbant, sanabantur, sed per te omnium Salvatorem, Sap. 16. v. 7. 8. sic in N. T. revelata facie Christum intueri possumus, 2. Cor. 3. v. 18. qui eum in finem à Patre nobis factus est, & sapientia, & justitia, & sanctificatio & redemptio, 1. Cor. 1. v. 30. ut per fidem vitam habeamus, in nomine ejus, Joh. 20. v. 31.

Hinc elucescit, quinam genuini vitæ æternæ Candidati sint, qui vitam æternam hereditariò consequantur, nimirum soli credentes. Fides enim manus est, sine quâ vitam æternam, quæ donum Dei est, apprehendere non possumus, Rom. 6. v. 13.

Fides quasi *scala* est. Sicuti igitur sine scalis arborem non conscendes; sic neque sine fide ad vitam æternam pervenies.

Qui enim incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, Joh. 3. v. ult.

Fides est quasi *lampas*. Sicut igitur fatuæ virgines, quæ lampades suas non exornaverant, non idoneæ erant cum sponso nuptias adire, Matth. 25. v. 11. Ita corda nostra fide exornemus, si cœlesti sponso placere velimus, sine quâ impossibile placere Deo, Hebr. 11. v. 6.

Hoc verò admiratione dignum est, quod Servator tam largam remunerationem fidei reposuit, nempe vitam æternam, ubi videbimus Deum Patrem, qui nobis Filium suum dedit, ut vivamus per eum, 1. Joh. 4. v. 9. Deum Filium, qui frater noster factus, salutem hanc sanguine suo nobis acquisivit. Deum quoque Spiritum sanctum, qui hæc omnia obsignat in cordibus nostris, ut sciamus, cui credamus, certi, quod potens sit servare depositum nostrum in illum diem, 2. Tim. 1. v. 12. 1. Cor. 2. v. 9.

Quæ ergò retrò sunt obliviscentes fratres, ad ea quæ priora sunt, extendite vos, ad destinatum scopum persequentes, ad bravium supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu, Phil. 3. v. 14. Sic demùm exultabitis lætitiâ inenarrabili & gloriosa, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum, 1. Petr. 1. v. 9.

De Tertio.

Restat *Cautela*, quæ tribus absolvitur Regulis, quarum

I. *Ad Christum accede.* Est enim Doctor eruditæ linguæ, Esa. 50. v. 4. in quo omnes sapientiæ & scientiæ thesauri absconditi, Colof. 2. vers. 3. ideò missus à DEO

ut nobis notas faciat vias vitæ, Pſal. 116. v. ult. Id quod quoque fecit, dum quæcunque audivit à Patre ſuo, nota fecit Apoſtoliſ, Joh. 15. v. 15. qui deinde & Scriptis comprehenderunt, & per ſermonem tradiderunt, quæcunque Jeſus cœpit & facere & docere, uſque in diem, qua aſſumtus eſt in cœlum, Act. 1. v. 1. 2.

Nos quoque hodie tenus Chriſtum accedere æque ac Nicodemus poſſumus, non grefſu corporis, ſed mentis, Auguſtino loquente. Eſt enim nobiſcum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi, Matth. 28. v. ult.

Fit verò hoc

1. *Baptiſmi ſuſceptione.* Adhuc hodiè enim quali clamat: Sinite parvulos ad me venire, & ne prohibueritis eos, talium eſt enim Regnum Dei, Marc. 10. v. 14. Hinc baptiſmus appellatur ab Auguſtino: *Porta prima gratia*; à Bernhardo: *Investitura Chriſtianismi*; à Nazianzeno: *Vehiculum ad Deum*; à B. Luthero: *Puerpera Regni cœlorum*, Ibi enim baptizatus infans verâ nobilitate inſignitur, quæ coràm Deo valet, & in filium Dei adoptatur, ſuper quâ gloriâ exclamat Johannes: Videte, qualem caritatem dedit nobiſ Pater, I. Joh. 3. verſ. 2.

2. *Pœnitentiæ maturatione.* Per peccata vertimus ad Deum tergum, Jer. 2. v. 27. diſcedimus à regiâ viâ, quâ incedendum eſſet, aut in viam augurum, Jud. 9. v. 37. aut in viam Jeroboam, 1. Reg. 16. v. 2. aut in viam Balaam filii Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit, 2. Petr. 2. v. 15. hæc meræ viæ tenebroſæ, Prov. 3. v. 13. perverſæ viæ, Prov. 28. v. 18. curvæ viæ. Pſal. 125. v. ult. & iniquitatis & perditionis ſunt,

Sap. 5. v. 7. quæ non ad cœlum, ſed ad perditionem ducunt, Matth. 7. v. 13.

Per pœnitentiã igitur Chriſto acceleremus oportet. Revertere averſatrix Iſrael, vocat Dominus, Jer. 3. v. 12. Hinc Pœnitentiã Hebræis vocatur Schuba, i. e. reverſio ad Deum, ſicut filius prodigiſita ad patrem reverſus eſt, Luc. 15. v. 22. Sic verum evadit: Si pœnitet haud nocet error, Ezech. 18. v. 21.

3. *Devotâ oratione.* Quando nos mutuo alloquentes cum Iſraelitiſ dicimus: Venite, & revertamur ad Dominum, Os. 6. v. 1. Multum enim valet deprecatio juſti idonea, Jac. 5. v. 17. Quod reipſa comperere Hiſkias, 2. Reg. 14. v. 20. Jonas, Jon. 2. v. 11. Judith, Jud. 13. v. 6. Hæc exempla & noi imitemur, ut in omnibus adverſitatibus, ad orationem, tanquam ad aſylum confugiamus, Prov. 18. v. 10.

4. *Templi viſitatione.* Ibi enim Deus per Miniſtros ſuos ad noi loquitur, docens noi utilia, Eſa. 48. v. 17. Luc. 10. v. 16. Proinde compellamus noi invicem dicentes: Venite & aſcendamus ad montem Domini, & docebit noi vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus, Eſa. 2. v. 3.

In Eccleſiâ Deus Pater habitaculum, imò ignem & caminum habet, Eſa. 31. v. ult. ubi exaudiet noi invocantes in cœlo, 1. Reg. 8. v. 23. Deus Filius ibi officinam ſuam habet, ubi ſedet, velut aurifaber & purgat filios Levi, ut deinde offerre ſacrificiũ in juſtitia poſſint, Mal. 3. v. 3. Deus Spiritus ſanctus, ceu cœleſtis columba habet ibi nidum ſuum, ubi evolat & revertitur, ſicut columba Noæ, Gen. 8. v. 8. & pullos gignit, h. e. filios Dei ad vitam æternam, Pſal. 84. v. 4. Ubi igitur SS. Trinitas præſens

sens est, ibi & sanctorum Angelorum myriades adsunt, castra metantes in circuitu timentium Deum, Psal. 34. v. 8.

5. *Beatâ emigratione.* Certa est sententia mortis, & immota: Pulvis es, & in pulverem reverteris, Gen. 3. v. 19. Verum immane quantum interest inter mortem piorum & impiorum. Quando enim pii moriuntur ad Dominum illi migrant, cum quo semper erunt, 1. Theff. 4. v. ult. Phil. 1. vers. 23.

Impii verò abeunt ad progeniem patrum suorum, & in æternum lumen non videbunt, Psal. 49. v. 20. Eccles. 11. v. 3.

Vivamus igitur hîc Christo, & aliquando in Christo quoque moriemur, & post mortem inveniemus cum eo vitam & abundantiam, Joh. 10. v. 11.

Hac ratione adhuc hodiè cum Nicodemmo ad Christum pervenire possumus. Proficiamus igitur in notitiâ Dei, ut ab eo vitam discamus; nosse enim te, consummata justitia est, & scire virtutem tuam, radix est immortalitatis, Sap. 15. v. 3.

II. *Carnem reprime.* Hîc audimus Christum dicentem: Nisi quis renatus fuerit, ex aquâ & spiritu, non potest introire in Regnum Dei, quod enim natum est ex carne, caro est.

Per carnem non intelligitur humana natura, quæ bona à Deo creata est, sed intima naturæ corruptio, quæ originem habet à Diabolo, & invidiâ ejus introivit in orbem terrarum, Sap. 2. v. 24. hinc oculi pleni sunt adulterii, 2. Petr. 2. v. 14. aures sunt incircumcisæ, Act. 7. v. 51. os plenum maledictione, Psal. 10. v. 7. manus supergrediuntur, 1. Theff. 4. v. 6. veloces pedes, ad currendum in malum, Prov. 6.

v. 18. Cor venenatus fons, ex quo exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia, Matth. 15. v. 19. Breviter: omnia hominis membra peccati veneno infecta sunt, ut à plantâ pedis usque ad verticem non integrum quiddam sit in homine, Esa. 1. vers. 6.

Est igitur veri Christiani, ut semper adversus pravas concupiscentias militet, quæ in membris se exerunt, ne in opus erumpant: Concupiscentia enim, cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò, cum consummatum fuerit, generat mortem, Jacob. 1. v. 15.

Quodsi igitur os tuum justitiam non loquitur, Psal. 58. v. 2. sed sermone spurco & otioso delectatur, Eph. 4. v. 29. c. 5. v. 4. ora cum Siracide: Quis dabit ori meo custodiam, Sir. 23. v. 1. Matth. 12. v. 37.

Quodsi oculus tuus scandalizaverit te, erue eum & projice abs te, Matth. 18. v. 9. Sir. 9. v. 8.

Quando aures verbum Dei fastidiunt, aut ad clamorem pauperum obsurdescunt, audi, quid Christus dicat: Qui ex Deo est, verbum Dei audit, Joh. 8. v. 47. & Salomo, Prov. 21. v. 13.

Quodsi manus tuæ unguibus furtivis præditæ, varias technas, ut defraudent proximum, machinantur, pone modum prudentiæ tuæ, Prov. 23. v. 4. ressecans unguis cultro justitiæ, quoniam vindex est Dominus de his omnibus, 1. Theff. 4. v. 6.

Si claudicas ut Mephiboseth, 2. Sam. 4. v. 4. nec incedis in viâ justitiæ, Luc. 1. v. 79. averte gradum, & intra per angustam portam, Matth. 7. v. 13.

Quando variæ concupiscentiæ è corde

EUO

tuo protuberant, dum parvus est hostis interfice. Ex uno quippe iniustitia grano, infinita bellorum seges pullulat, teste Senecâ; & qui seminat mala in sulcis iniustitiæ, metet eam septuplum, Sir. 7. v. 3.

III. *Rationem compeſce.* Cum Christus Nicodemum de regeneratione instrueret, quærebat ille: Quomodo fiet istud? quin adeo stupidus erat, ut hominem in ventrem matris suæ introire & ita renasci oportere, censeret. Hinc iustâ reprehensione à Christo noratur, dicente: Tu es Magister in Israël, & hæc ignoras? &c.

Ejusmodi Nicodemi adhuc hodiè non pauci sunt, quorum Symbolum est, ut Augustinus eos loquentes introducit: *Non cogor credere, quod mihi non potes ostendere.* Verùm si hoc valeret, Christianismus noster actutum collabesceret. Fide namque intelligimus aptata esse secula verbo Dei: ut ex invisibilibus visibilia fierent, Hebr. 11. v. 1. Hic si ratio Magistra esset, & præponderaret, utique ineptè iudicaret. Ex nihilo enim nihil fit, intellige, naturaliter. Sed nos Deum omnipotentem credimus, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, Rom. 4. v. 17.

Fide quoque intelligimus Deum unum in essentia & trinum in personis esse, Deut. 6. v. 4. 1. Joh. 5. v. 8. Quod si & hic ratio consulatur, illa stultum reputabit, quod unum tria, & tria unum sint. Verùm quando perpendimus, quod per fidem ambu-

lamus, non per speciem, 2. Cor. 5. v. 7. facile acquiescimus. Difficile quippè æstimamus quæ in terris sunt, Sapient. 9. v. 16. Myſterium Trinitatis fide amplectendum, non ratione perſcrutandum, ait Athanasius, & Bernhardus: Scrutari temeritas, noſſe autem vita æterna est. Quilibet oret cum Davide: *Doce me Domine viam tuam, fac ut ambulemus.* Psalm. 86. v. 11.

Fide quoque intelligimus, quod Christus in unâ indiffolubili Persona fit Θεός ὁμοῦς ὁμοῦς. Quis hoc ratione comprehenderet? Est siquidem ὁμοῦς ὁμοῦς μέγα μυστήριον, 1. Tim. 3. v. ult.

Hoc & de aliis fidei articulis intelligendum est. Compeſcat se humana temeritas, inquit Augustinus, & id, quod non est, non querat, ne illud quod est, non inveniat. Et iterum: Noli intelligere, ut credas, sed crede, ut intelligas. Scrutans gravia gravatur, Prov. 25. v. 27.

In rebus Politicis ratio utiliter adhiberi potest: Verùm si Deum ejusque verbum concernit, mulier taceat in Ecclesia, 1. Cor. 14. v. 34.

Si quis igitur videtur inter vos sapiens esse, in hoc seculo, stultus fiat, ut fiat sapiens: Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum, 1. Cor. 3. v. 28. Largiatur nobis DEUS gratiam suam, per & propter Christum, Amen.

DOMI-